

VIII.

Alte Aufzeichnungen über die Schicksale, welche die Familie der Castellane v. Padberg und ihre Besitzungen in der Zeit von 1392 bis 1466 betroffen haben.

Als einen urkundlichen Beleg zu demjenigen, was im Vorworte zum Reiterbuche (S. 201) über die Raublust unseres Ministerialadel's im Mittelalter gesagt worden, geben wir nachstehend eine Notariat-Urkunde, mit speziellen Angaben über die unseligen Folgen welche die Ausbeutung des s. g. Fehberechts der Freien, namentlich für den Theil von Westfalen hatte, worin die Castellane von Padberg ihr Unwesen trieben. Das Haupt der Familie war damals Ritter Friedrich VI. vom Altenhause, der für sich und seine Raubgenossen 1391 den Orden der Bengler stiftete, dessen Mitglieder, als sprechendes Symbol ihrer ritterlichen Industrie, einen silbernen Kneifprügel oder Bengel auf der Brust trugen und sich davon auch die Bengeler nannten. So vielversprechend Friedrichs erstes Auftreten für die Seinigen war und so gefürchtet sein Name durch die anfänglichen Erfolge seiner Thätigkeit fast durch ganz Westfalen wurde, so kläglich war das Ende der abentheuerlichen Rolle, die er spielte, sobald der Erzbischof von Köln und der Bischof von Paderborn, mit den übrigen Conservatoren des westfälischen Landfriedens, sich mit Ernst die Handhabung des letzten angelegen sein ließen. Dieses ausführlicher darzulegen, ist hier nicht der Ort. Wir erlauben uns deshalb auf unsere Neuesten zur Geschichte der Herren von Padberg zu verweisen, welche in den von L. Curge, im Namen des waldeckisch. historischen Vereins, herausgegebenen Beiträgen zur Geschichte der Fürstenthaler Waldeck und Pyrmont, vom zweiten Bande ab, erscheinen. — Dem folgenden Abdrucke liegt die Abschrift des Documents in der Farrago Gelenii III, fol. 209 zum Grunde.

In nomine domini amen. Vniuersis et singulis presentes litteras siue presens publicum instrumentum visuris lectoris legi audituris notum sit, quod anno a nativitate ejusdem millesimo quingentesimo sexto, indictione nona, die vero decima tercia mensis Septembris, mane hora quasi tercia, pontificatus sanctissimi in xpo. patris ac domini nostri domini Julii diuina prouidencia pape secundi anno ejus tertio, in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presencia personaliter constitutus venerabilis ac circumspectus in xpo. quoque deuotus pater ac dñs. Theodericus abbas sancti monasterii et conuentus diue virginis Marie in Bredele paderbornensis diocesis ordinis de Cistercia, suis tenens in manibus quendam antiquum librum siue breuiarium, dicens ipsum pertinere ecclesie parochiali in Emmenrode dictae diocesis paderbornensis, quem aperuit et in ipso mandabat infrascripta annotata gesta seu facta vetustissimis scripturis signata, in margine distinctis locis ipsius libri Kalendarm. Quibusunque melioribus modo via causa jure forma ordine quibus melius et efficacius potuit ac debuit, solenniter me notarium infrascriptum cum arre distributionis requisivit et diligenter peciit ipsa annotata, gesta siue facta ex ipso pretacto libro in rei memoriam extrahere. Ego notarius infrascriptus attendens hujusmodi petitionem seu requisitionem fore justam ac rationi consonam, igitur ipsum breuiarium seu librum in manus meas accepi vigilante studio huiusmodi annotata gesta siue facta exinde fideliter extraxi, quorum tenores sunt ut sequitur: Anno dni. M^o.CCC^o. nonagesimo secundo ipso die Pancracii, in illis partibus nondum exiuit flos neque folium de arboribus. Et in eodem anno in rogationibus Rupertus eps. Paderbornensis inuasit dominium Padberch, cum quadringentis armatis et expoliavit sedecim villas combustaque cimiterium in Emmenrode circumquaque. In eodem anno post pentecostes fuerunt captiuati Fredericus de Padberch miles et Johannes frater ejus et Hermannus b cum sexaginta armatis militibus. Anno Dni. M^o.CCC^o. nonagesimo secundo ipso die Marci et Marcelliani martirum dñs. Pader-

- burnensis obtinuit suos inimicos in campo per bellum vide-
1393. licet Bengelers. — Ao. Dni. M^o.CCC^o. nonagesimo tercio
in profecto beate Barbare virginis Fredericus de Pad-
berch miles, Johannes suus frater et Gotschalcus de
nouo castro Padberch suspenderunt Wilhelmum Hochuer-
korn, ex quo tot mala euenerunt, quod nullus homo mora-
batur in dominio Padberch neque in claustris neque in
1394. villis. — Ao. Dni. M^o.CCC^o. nonagesimo quarto ipso die
beati Bonifacii martiris ciuitas Padberch fuit combusta
et circumvallata per dominos pacis jurate: Coloniensem,
Paderbornensem et Waldecken et eorum complices. Et in
eodem anno crastina Lucie virginis, episcopus paderbur-
nensis captiuabat predictos tres fratres de Padberch. —
1413. Ao. Dni. M^o.CCCC^o. decimo tercio ipso die Regine virginis,
scilicet tercia feria ante nativitatem Johannis, erat grande
bellum inter ciues de Corbecke et dictos de Padberch in
loco qui dicitur vp dem Ryne prostratique sunt morti Jo-
hannes de Padberch et godeken Trosten cum duobus
aliis, quampluribus etiam vulneratis, quibusdam morientibus,
capti qui fuerunt Fredericus de Padberch miles,
Gotschalcus frater ejus et Gotschalcus de nouo
castro cum multis aliis armatis militibus a predictis ciuibus;
inter ciues vero tum unus obiit, circa centum armati fue-
runt dueli Corbeke captiui. — Ao. Dni. M^o.CCCC^o. decimo
1414. quarto, feria sexta post vel ante festum Michaelis, opidani
Corbeke ceperunt opidum Padberch ipsumque totaliter
combusserunt et destruxerunt, ita quod non remansit ibidem
nisi una domus quam postmodum etiam destruxerunt, sic
1426. quod nullus homo morabatur ibidem. — Ao. Dni. M^o.CCCC^o.
vicesimo sexto secunda feria post letare Fredericus et
Johannes de Padberch expulerunt Colonienses de
veteri castro Padberch, ipsum sibi reseruando. — Ao. Dni.
1466. M^o.CCCC^o. sexagesimo sexto, dominica die ante Katerine
Anna Domina Conradi de Padberch tradidit demum
dno. episcopo Coloniensi, scilicet Ruperto duci Bauarie. —
Super quibus omnibus et singulis prefatus dnis. Theode-
ricus abbas etc. petiit per me notarium infrascriptum sibi

fieri et tradi vnum duo aut plura, publicum aut publica,
instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hec in domo
hospitum antedicti monasterii Breideler sub anno inductione
die mense hora et pontificatu quibus supra, presentibus
ibidem honorabili domino Alberto Brinckmann vicario in
Susato ecclesie sti. Patrocli et valido Johanne de Pad-
berch de noua domo, discretis quoque Aleffe Arndes de
Monte martis et Hermanno Mollers in Corbeke testibus ad
premissa vocatis pariterque requisitis.

Et ego Lodewicus Goltsteyn Moguntine diocesis cle-
ricus, imperiali sacra auctoritate notarius publicus,
quia hujusmodi libri aperitioni ostentioni requisitioni
et petitioni quibuscumque aliis et singulis, dum sic ut
premittitur fierent et agerentur, vna cum prenominalis
testibus interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi
audiui et de ipso summa cum diligentia extraxi et
scripsi, ideoque presens publicum instrumentum manu
mea propria scriptum exinde confeci, subscripsi publi-
caui et in hanc publicam formam redegii signoque et
nomine meis solitis et consuetis signaui rogatus et
requisitus, in fidem et testimonium omnium et singu-
lorum premissorum.